

QK. 523, 9.

X 1882512

B. 1



De quibusdam
**SCRIPTORIBUS
SILESIIS**

**EXERCITIA ORATORIA
IN ELISABETANO**

VRATISLAVIENSIVM GYMNASIO,

XX. Junii, A. C. M. DC. LXIX.

ante solennem

PRÆMIORVM DISTRIBUTIONEM,

publicè habenda

indicit

XXXI.

MARTINUS HANKIUS,

Phil. Pract. Hist. & Eloq. Prof.

VRATISLAVIÆ,

In Hæredum BAUMANNIANORVM Typographiâ

exprimebat JOH. CHRISTOPH. JACOBI, Factor.





L. S.



Ulla nos inter indoctos omninò relinquunt, nuper exposui:
jam, quæ doctorum ordini vel præparent, vel inferant,
sum dicturus. Quibus ut sua, cum veritas, tum eviden-
tia constet, solidum planumq; fundamentum præstruendum
venit. Non alium docti nomine dignum esse, quàm cuius
animus, supra indoctos, perfectione singulari emineat,
extra controversiam arbitramur. Hæc, quæ doctos facit, animi perfectio,
licet ex vulgari nos in longè superiorem hominum ordinem transferat, ta-
men summa non est, ne in isto quidem rerum statu, quò gaudent mortales.
Enimverò, nihil sublimius, nihil perfectius eò reperitur, à quò cætera uni-
versa sunt, universa dependent. Quò igitur quisq; propius ad illius excel-
lentiam, quam nemo adæquare valet, accedit; eò præstantior censendus
est. Jam autem homo duabus maximè facultatibus, quibus nihil celsius,
nihil pretiosius habet, quandam Numinis imaginem refert: alterâ quidem
rebus, etiam quæ à sensibus alienæ sunt, cognoscendis; alterâ verò liberum
in modum appetendis aptus. Quare, cum Mundi Parens, inter alias præ-
rogativas, infinitis partibus humana quæq; transcendent, omnium con-
summatisimâ, & scientiâ, & virtute gaudeat; humanus quidem animus
eò divinior, id est, perfectior erit, quò magis, & nobilissimarum rerum
cognitione intellectum, & optimarum rerum amore voluntatem perfecerit.
Sed hac animi plenâ perfectione non censemus doctos. Ecquis enim igno-
rat, etiam perversâ in appetitu propensione infames, modò justam præci-
puarum rerum in intellectu notitiam teneant, nihilo secius doctos estimari?
Nempe docti sunt, quibus, si non integra illa, quæ intellectum pariter atq;
voluntatem exornat, perfectio, certè magna ejusdem pars, veri boniq;
scientiæ, id est, sapientiæ prudentiæ conjuncta, liberalius inhabitat.

Quænta

Quemadmodum igitur doctus à sapiente prudenteque viro minimè dif-
fert; sic multò pauciores doctos habemus, quam vocamus, indoctum vul-
gus secuti, quod sua rebus vocabula ex verò tribuere non didicit, itaque raro
tribuit. Quantumvis proinde nominentur, tamen docti revera non sunt,
solà rerum illarum peritià præditi, quæ cum sapientia prudentiaque, nisi
quod ad utramque nobis, aut monstrent, aut muniant iter, commercium
nullum habent. In his numeranda, seu patrium, seu peregrinum sermo-
nem legendi scribendique notitia. Quam consecutos, seu maxime utilis, seu
prorsus etiam necessaria doctis sit, ideò inter doctos reponere, quid aliud
est, quam pueros quoque, nondum sapientie, nondum prudentie capaces,
doctis adscribere? Non ab hoc loco alienum est, querere, an, ne scientia
quidem exterarum linguarum in doctorum classem nos evehat? De aliis ex-
peditius; de Romanâ, Græcâ & Hebræa, difficilius est, ferre iudicium.
Nam, ut hæ doctis quodammodo evaserunt propria; sic earum, aut omnium,
aut plurium, aut singularum cognitionem possidentes, si non & alio, saltem
hoc nomine videntur doctorum virorum titulos promereri. Sed non est,
ut ob solam ullius peregrini sermonis scientiam se quisquam doctum repu-
tet. Qui nobis est peregrinus, aliis patrius est, aut fuit, sermo. Quis
omnes Hebræos, omnes Græcos, omnes Romanos, quemque patrii sermonis
gnarum, doctis annumeraverit? In his etiam populis multos servos, mul-
tos cives omnino indoctos fuisse constat. Jam, si neminem doctum patrius
sermo per se facit; quò pacto idem sermo, si ab homine, cui peregrini-
us est, teneatur, eundem doctum faciat, non video. Neque contra est,
ut docti nomen, ob aliarum rerum peritiã merenti, ob exterarum lin-
guarum ignorantiam cuiquam denegemus. An in humana gente, cum
unus idemque sermonis habitus universis terricolis esset, nullus vir doctus, id
est, sapiens & prudens, existeret? An nullus Platoni, quod Romanam;
nullus Averroi, quod Græcam; nullus denique Ciceroni, quod cum Hebræa
omnes Orientis linguas ignoraverit, inter doctos relinquendus est locus?
Absit, ut sapientissimos prudentissimosque viros, quorum plurimi anti-
quissimis sæculis fuerunt, nullam, præter gentis suæ linguam callentes,
ex doctorum censu removeamus. Nimirum, peregrini sermonis cognitio,
neque indoctos, quibus inest, doctos; neque doctos, quibus deest, indoctos
reddit. At enim, quicquid de priscis temporibus sit; an nostris doctus,
qui nec in Hebraicis, nec in Græcis, nec in Latinis literis quicquam præsti-
terit? Non diffitemur, in acquirendis sapientie prudentiaque justis funda-
mentis, cum esse nostri sæculi genium, ut peregrinæ, imprimis Romanæ li-

teraturæ ignarus, viri docti nomen vix, ac ne vix quidem tueri posse videatur. Nam, ut alias rationes premam; propriae doctis disciplinae, in plerisque tum scholis, tum libris, Romano sermone tradi solent; manifesto indicio, non alterius gentis maternam linguam perinde idoneam haberi, ut per eam idem doceri eodem successu possit. Jam, qui nec auscultavit doctoribus veram instillantibus eruditionem, unde sapientiam prudentiamve hauserit, nisi planè divino ingenio fuerit, cujus ope, tot saeculis, à tot sapientibus inventa excultaq; sibi ex se valuerit circumfundere? Quicquid enim eruditionis ex solâ consuetudine cum eruditis ineruditi arripiunt, simile fragmentis habendum est, quoddam rude indigestumq; chaos facientibus. Quid jam de Graecis, quid de Hebraicis literis memorem? Major harum in Philosophicis, Medicis, Juridicis utilitas, in Theologicis necessitas, quam ut hoc loco evidenter exponi queat. Tamen haec, etsi verissima sunt, eorum sententiae, qui ob externi sermonis peritiam, neminem doctis accensendum statuunt, nihil firmitatis adimunt. Fac, non fieri doctum posse; fac, non esse doctum, nisi quem aut Hebraeae, aut Graecae, aut Romanae, aut harum deniq; seu plurium, seu omnium linguarum peritia nobilitet; ne sic quidem erit, ut propter eas doctum pronuncies. Orator non est, qui doctrinarum Rhetoricarum nihil animo tenet; Poëta non est, quem leges metricae latent: nec Orator, nec Poëta, cui Grammaticorum præcepta prorsus sunt incognita. Neq; tamen notitia Rhetorices, nobis Oratorem; Prosodiae, Poëtam; Grammatices, utrumq; sistit. Pluribus instrumentis unus idemq; artifex indiget, ita necessariis, ut, cum exercet artem, nullo careere possit, in quibus frustra queras per cujus possessionem ille sit artifex.

Novum occurrit telum, iis declinandum, qui angustiis terminis verè doctos complexi, extra doctorum pomeria ponunt, quos ex his ipsis disciplinis, quarum se cultores, aut etiam magistros profitentur, sapientiae prudentiaeve participes non intelligas. Quid enim? An Grammatici, Musici, Arithmetici, Poëtae, Oratores, ne quid de Historicis, Rhetoribus aliisque dicam, quos omnia ingenuis, etiam sapientiae prudentiaeq; studiis, florentissima saecula inter doctos retulerunt, per artes, quibus nomina sua debent, docti non habentur? Certis gradibus ad solidam rerum veramq; scientiam cuiq; ascendendum est. Plures mediis, imis plurimos inherere conspicias; summos pauci affectant, paucissimi consequuntur. Ad culmen ipsum, nisi per omnium graduum numerosam seriem, nemo pervenit. Medii & à supremis, & ab infimis magno intervallo distant: inter supremos, & infimos discrimen est maximum. Omnes tamen, quocunq; gradu

gradu
mere
meren
pluri
quisq;
habet
da pr
quo sp
dum e
studio
matic
rum,
nas or
famili
simoq;
turas
dines
prude
quosv
seos,
ex doc
Philos
quide
tas de
à doct
habui
quaq;
remus
comm
tim se
Poese
rum P
sesqui
derosio
ingeni
nimis
eloque

gradu consistant, à scientia, cui se applicuerunt, idem nomen, seu assu-
mere, seu admittere solent: quod multi ne merentur quidem; ceteri non
merentur ex aequo. Nempe sic inter se liberales disciplinae coherent, ut sine
plurium auxilio vix ullam, exactè quidem, addiscere valeamus. Unde
quisquis in unâ excellit, is alias etiam familiares sibi reddiderit, necesse
habet. Grammaticorum nomen ideo vile sit nemini, quod pueris ediscen-
da praescribant, ad sapientia, ad prudentia habitum, non nisi ex longin-
quo spectantia. Nam talia docere pueros, ne Grammaticum quidem, ne-
dum eruditum testatur Grammaticum. At ea sic tenere, ut viris in hoc
studiorum genere doctissimis abundè possis satisfacere, sicut verum Gram-
maticum, ita non Grammaticarum modò, sed innumerabilium rerum alia-
rum, ad stuporem usq, peritum arguit. Ecquis enim verborum genui-
nas origines, proprietates, differentias, aptas & rotundas constructiones,
familiares gentibus solennesq, dicendi formulas, solertissimo intelligentis-
simoq, auditorio satis explicatas dederit, nisi rerum modò non omnium na-
turas affectionesq, plurimorum populorum antiquitates, leges, consuetu-
dines, mores, facta, universamq, rempubl. exploraverit, itaq, sapientia
prudentiaq, primordia, incrementa, ipsaq, mysteria perspexerit. Si non
quosvis canendi peritos, sed scientia Musica instructos, quæ ut Mathe-
seos, ita quadam Philosophia pars censetur, pro Musicis habeas; quis eos
ex doctorum coetu excluserit, nisi aut Mathematicos inter Philosophos, aut
Philosophos inter doctos contineri negaverit? Arithmetica, sicut in varias
quidem utilitates, sed absq, rationibus necessariis, per quas ejusdem veri-
tas demonstratur, vulgo discitur; neminem sola doctum efficit: at, sicut
à doctis traditur, omnino testatur, se doctores habere doctos, inventores
habuisse doctissimos. Delicatus Poëtarum, gravis Oratorum titulus ne-
quaquam iis omnibus convenit, quibus imponitur. Utinam non tot habe-
remus Poëtas, quot habemus. Infimum Poëta officium, verba metris ac-
commodare; quod etiam humanioribus literis vix initiata ingenia, præser-
tim sermone patrio, præstare possunt. Quemadmodum verò tirones, ob prima
Poëseos elementa, nondum Poëtae sunt: sic quidam veterani, cum formula-
rum Poëticarum apparatus in luxuriam vertunt, calamistris inustorum
se squipedaliumq, verborum magis, quàm nobilium sensuum, in iisq, pon-
derosioris sapientia studiosi; aut inani fabularum à se inventarum umbrâ,
ingeniis plebejis salivam, pulmonem ludicris, bilem gravioribus movent,
nimis Poëtae, id est, nugatores sunt. Rabulas latratoresq, loquentia, Oratores
eloquentia ostendit. Nulla propemodum scientia, qua justis, seu poemati-

bus, seu orationibus non idoneas præbere materias possit. In his aut omnibus, aut plerisque bonum Poëtam, bonum Oratorem agere, quid aliud est, quam vel omnes, vel præcipuas sapientie prudentieque partes in numerato habere?

Quemadmodum igitur ex doctorum consortio proscribimus, quicumque nullam sapientie, nullam prudentie disciplinam callent: sic contra non modo, qui eruditione sua Theologorum, Juristarum, Medicorum, Philosophorumque titulos sibi comparaverunt; sed etiam, quos aliis quidem nominibus, Grammaticos, Rhetores, Arithmeticos, Musicos, Poëtas, Oratores, Historicos, non quacunquam nomine notione, sed eam, quæ excellentiam perfectionemque connotat, id est, ex vero meritoque, appellamus, doctorum civitati jure optimo adscribimus.

Hactenus de iis Silesie doctis viris, qui publicis scriptis sapientiam prudentiamque suam prodiderunt, quatuor vicibus in Gymnasio Elisabethano juvenus aliquid, me duce, in medium protulit. Hec oratoriis exercitiis delectata materia, licet tandem alio argumento permutanda sit, merito tamen, cum inter eos, quorum mentionem nondum fecimus, summi occurrerent viri, quos defraudare justissimo elogio, indignissimum erat, crastinis etiam matutinis horis, de claris Silesie scriptoribus pensum, idque non ignobile, dabit. Nam hi, quos in postremis collocavimus, nequaquam postremi eorum sunt, qui Patriam suam editis libris illustriorem reddiderunt; inter primos referendi; quorum eruditio, non tantum ex literariis monumentis, quæ posteritatis commodo reliquerunt, late patet, sed etiam multorum auribus adhuc cognita celebratur. Horum vitas, ab adolescentibus puerisque in supremo auditorio recitandas, benevolis auribus excepturi, Patrie nostræ Patres, Cives, Hospites, ut frequentes adesse, quantum per graviora negotia Vobis integrum erit, ne gravemini, obnixè humaniterque rogamus. Vos Auditores, Sed etiam Spectatores exoptamus. Quippe à Nobilissimo Senatu iisdem adolescentibus puerisque solennia præmia, ulterioris probitatis diligentieque incitamenta, per me conferentur. Præclarus insignium virorum confessus, in quo & profectuum eduntur specimina, & industrie capiuntur præmia, multum illis alacritatis, his dignitatis addere solet. Vobis, qui nec propagande illustrium virorum fame, nec animandis literarie pubis conatibus defueritis, premium geminum, uno labore parandum, pollicemur. Est, cur vivens, cur mortuus prædicetur, quisquis ita mortuorum honori consulit, ut viventium simul utilitati consulat.

P. P. Vratislavia, XIX. Junii, M. DC. LXIX.

SCRI-

SCRIPTORUM SILESIIORUM,
Eo ordine, quo decesserunt, VITAS recensentur.

1526. GEORGII SAUROMANNI, Vratislaviensis, Præpositi
ad S. Johannis, Decani ad S. Crucis, Imperatoris Caroli V. Oratoris:
Christophorus Wilde | Vratisl.

1527. LAURENTII CORVINI, Noviforensis, Philosophiæ
Magistri, Reipubl. Vratislaviensi à Secretis: *Gottofredus Danielis, Ja-
vorenfis.*

1533. MICHAELIS VRATISLAVIENSIS, Philosophiæ Ma-
gistri, majoris Artistarum Studii Cracoviensis Collegiati, Decani ad
S. Floriani: *Christianus Chremitius, Servestanus Anhaltinus.*

1539. CASPARIS URSINI VELII, Svidnicensis, Poëtæ Cæ-
sarei, J. U. Doctoris, Regii Oratoris ac Historici: *Martinus Reichel |
Vratisl.*

1615. MARTINI PRÆTORII, Svidnicensis, Medicinæ Do-
ctoris, in S. Nicolai Collegio apud Magdeburgenses Canonici: *Da-
niel Kinner | Vratisl.*

1616. MICHAELIS COLETI, Leobergensis, apud Danti-
scanos Ecclesiastæ ad S. Mariæ: *Johannes Christophorus Gleissenberger |
Vratisl.*

1628. SIMONIS GRUNÆI, Lignicensis, Philosophiæ Ma-
gistri, Poëtæ Cæsarei, Georgii Rudolphi, Ducis Lygiorum Consi-
liarii, Consistorii Directoris, Ecclesiarum per Ducatum Lignicensem
& Wolaviensem Superintendentis, ad B. Virginis ædem Pastoris: *Joh-
annes Henrici, Olsnensis.*

1637. DANIELIS SENNERTI, Vratislaviensis, Medicinæ
Doctoris, in Witebergensi Academia Professoris, Electoris Saxonie
Archiatri: *Daniel Caroli, Vratisl.*

1639. MARTINI OPITII, Boleslaviensis, Regis Polono-
rum Secretarii & Historiographi, Principum Lygio-Bregensium Con-
siliarii: *Caspar Gärtner | Prausnicensis.*

1643. THOMÆ SCHRÖERI, Neapolitani, Vratislaviensi
Scabinatui à Secretis: *Christianus Gsellhofer | Vratisl.*

1647. JOHANNIS HEERMANNI, Rutenatis, Poëtæ Cæsarei,
Cobenensis Ecclesiæ Pastoris: *Johannes Jenisius, Lesnensis Polonus.*

1656. BAR.

1656. BARTHOLOMÆI WILLENBERGERI, Wolaviensis, J. U. Doctoris, apud Olsnenses Practici: *Johannes Walther / Ravicensis Polonus.*

1658. CHRISTOPHORI COLERI, Boleslaviensis, in Gymnasio Vratislaviensium Elisabetano Moralium, Politices, Historiarum & Eloquentiæ Professoris, Bibliothecarii ad S. Mariæ Magdalenzæ: *Christianus Schmid / Vratisl.*

1659. GEORGII FRANTZKII, Leobschutiensis, J. U. Doctoris, Comitum Palatini Cæsarei, Saxonici in Aula Gothana Consiliarii & Cancellarii, Consistoriique Ecclesiastici Præsidis: *Johannes Christophorus Schöppius, Fürstenbergensis Lusatæ.*

Eodem: GOTTFRIDI SVEVI, Leorini, J. U. Doctoris, in Witebergensi Academia Codicis Professoris, in Electorali Curia, Consistorio Ecclesiastico, Scabinatu, Collegio Juridico, & supremo inferioris Lusatæ Judicio provinciali Assessoris: *Godofredus Buchwald / Vratisl.*

Eodem: ANDRÆ TSCHERNINGII, Boleslaviensis, Philosophiæ Magistri, Poëtæ Cæsarei, Poëseos in Academia Rostochiensis Professoris: *Christianus Wilhelmus Zuhn / Vratisl.*

1660 JOHANNIS FRIMELII, Vratislaviensis, Philosophiæ Magistri, in Patria Ecclesiastæ ad S. Elisabetæ, in Consistorio Sacro Assessoris, in Gymnasio Elisabetano Theologiæ ac Hebrææ Lingvæ Professoris: *Johannes Baumannus, Freystadiensis.*

1664. CHRYSOSTOMI SCHULTZII, Leorini, Vratislaviensis Scabinatu à Secretis: *Christophorus Seidelius, Olsnensis.*

Eodem: ANDRÆ GRYPHII, Glogoviensis, Jcti, & in Glogoviensi Ducatu provincialis Syndici: *Caspar Sommer / Vratisl.*

1666. NICOLAI GOLDMANNI, Vratislaviensis, apud Lugdunenses Batavos Mathematici: *Elias Pitsch / Leobschutiensis.*

Tandem ipsa Municipi Amplissimi que Senatus Præmia, iisdem Adolescentibus Puerisque distribuentur.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak
LICENSED PRODUCT

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



. S.

doctos omnino relinquunt, nuper exposui:
um ordini vel preparant, vel inserant,
Quibus ut sua, cum veritas, tum eviden-
m planumq; fundamentum praestruendum
m docti nomine dignum esse, quam cuius
ndoctos, perfectione singulari emineat,
Hac, quae doctos facit, animi perfectio,
iorem hominum ordinem transferat, ta-
dem rerum statu, quo gaudent mortales.
perfectius eo reperitur, a quo caetera uni-
Quo igitur quisq; propius ad illius excel-
valet, accedit; eo praestantior censendus
axime facultatibus, quibus nihil celsius,
luminis imaginem refert: altera quidem
sunt, cognoscendis; altera vero liberum
re, cum Mundi Parens, inter alias pra-
ana quaeq; transcendentis, omnium con-
tute gaudeat; humanus quidem animus
t, quo magis, & nobilissimarum rerum
rum rerum amore voluntatem perfecit.
non censemus doctos. Ecquis enim igno-
ropensione infames, modo justam preci-
m teneant, nihilo secius doctos aestimari?
integra illa, quae intellectum pariter atq;
certe magna ejusdem pars, veri boniq;
tia conjuncta, liberalius inhabitat.

Quem